

**www.e-rara.ch**

**Divi Ioannis Chrysostomi Psegmata quaedam**

**Johannes**

**Basileae, 1523**

**Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich**

Shelf Mark: Online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-5502>

In praecedentes epistolas, Ioannis Oecolampadii adnotatio.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

uelandam. Expectate. Breui tentationum finis erit,  
 liberatio que perfecta. Orate etiam iugiter pro no-  
 bis. Nam & si uiarum prolixitate longè diuersis lo-  
 cis habitamus, multoq; tēpore à uobis segregati su-  
 mus. Attamen uos ut præsentes & conuiuentes no-  
 bis deamamus, uestrum amicum caput exoscula-  
 mur, coronatos uos expansis manibus excipimus.  
 Expectate etiam uos ex mutua erga nos charitate lu-  
 crum uestrum maximum. Nam, si magnam merce-  
 dem expectare licet his, qui uos amant: cogita-  
 te quales uos, qui tantis claretis uir-  
 tutibus, manent retributiones,

IN PRAECEDENTES EPISTOLAS, IOANNIS  
 OECOLAMPADII ADNOTATIO.



Neque Chrysostomum nostrum, uel eloquētia  
 sua aurea, uel excellens ueri sacerdotij digni-  
 tas, uel praecepta uitae sanctimoniam tueri po-  
 tuit, quo minus à malis affligeretur: imò illa  
 ipsa sunt quae maximam ei conciliarunt inui-  
 diam: tantoq; inuidiosior erat mūdo, quanto ueri amātor.  
 Et alioqui nunquam contradictoribus carent fideles myste-  
 riorū dei dispensatores. In hūc, ut Apostolus testatur, usum  
 positi sunt, ut afflictionibus probentur. Impossibile enim est  
 ut eis cum mundo conueniat: quandoquidem mundus lu-  
 cem odit, ueritatem ægre fert: illi autem nescientes respectū  
 personarum, & immodico dei zelo ardent, nō magis par-  
 cū regī quā agasni, infulato quā bardocucullato. Spi

Veritatis prae-  
 dicatores, mun-  
 do inuidiosi.

Q

*Eudoxia Au-  
gusta infensa  
Chrysostomo.*

*Archadius im-  
perator non ca-  
ruit culpa.*

*Theophili cū  
Chrysostomo  
inimicitie.  
Quibus causis  
damnatus Io-  
annes.*

ritu enim dei aguntur, & clausum in se uerbo dei ignem non ferunt, ut dicit Hieronimus. Factus est in corde meo sermo domini, quasi ignis exaestuans, claususque in ossibus meis, & defecit, ferre non sustinens. Hinc illa uitae prodiga sermonis libertas, qua & diuus Ioannes ardebat, Caterum aduersus eum cacodæmon solito organo muliere usus est. Fax enim omnis huius disturbij, & author totius tragœdiæ fuit Eudoxia Augusta, id quod in epistola ad Cyriacum insinuat, cum dicit: Et hæc tibi significauit per epistolam à Cuculis, quo me loco regina exulē manere iussit. Fauebat enim Arrianis, & præterea uanitati & delicijs, atque luxui deditior erat. Vtrunque autem Ioannes uehementi spiritu, liberrimoque sermone taxabat: unde ei illa indies magis ac magis infensior facta, non destitit, donec miris artibus efficeret, ut in exiliū abigeretur. Porro in hoc maximos subsidiarios habuit Theophilum Alexandrinum episcopum, & clerum Constantinopolitanum, qui maiori ex parte tantomagis odio insectabantur Ioannē: quanto ille populo gratior erat, & seuerius in eos animaduertebat. Regem Chrysostomus excusat, & laudibus extollit, nimirum potentiae inuidiam declinans: nam quomodo omnino culpa uacare potuit rex, qui indignam uxoris querimoniam contra illum tulit, manifestoque sacerdotum odio eum premi permisit? Nam quod episcopos conuocauit, id occultis consilijs contra Ioannem gestum esse exitus declarat. Verum, Theophilum Chrysostomus potissimum incusat, quem sciebat hostem manifestarium, qui & resisterat sibi, cum iniret pontificatum, & Isidorū presbyterū præferre conatus erat. Cause autē quas contra Ioannē Theophilus, & alij episcopi habebant, non erant aliæ, quam quod Dioscoro & Isidoro, qui Origeniani habebantur, communicauerat. Unde & urgebant primum, ut Origenis libros condemnaret:

quod cōtempſit. Quod uero dormierit cum muliere, & cō-  
municauerit nō ieiunos, ſicut habet epiſtola ad Cyriacū, cōſe-  
ctius erat, quā ut illis nominibus condemnaretur. Conde-  
mnatus autē eſt ob nullam aliam cauſam, quā quod uoca-  
tus non cōparuerit. Vnde Seuerianus ſatisfaciens populo  
ob condemnationem eius tumultuanti, dicebat: Si in nullo  
alio uituperari mereretur Ioannes, ſuperbia tamen eius pro  
crimine ſufficeret. Quapropter de illo diligēter ſe expurgat, *Seueriani ſententia.*  
quod non hoc per contumaciam fecerit, ſed ne temerē capi  
talibus hoſtibus ſe crederet. Manifeſtē enim, & per inſidias  
eum occidere quærebant. Comprehenſiſq; duo ſunt eū occi-  
ſuri: & custodiebat populus Ioannem noctibus & diebus,  
ad eius domū conſidens. In ſecunda condemnatione ob-  
iectum eſt ei, quod poſt deſiſſionē, nō decreto concilij ad  
ſedem rediſſet. Et cum reſponderet: A ſexagintaquinque epi-  
ſcopis, qui ei cōmunicauerāt, hoc decretū, reclamauerūt ad-  
uerſarij: Sed multo plures te depoſuerunt. Et ita ſecūdo cō-  
demnatus eſt. Ecce quomodo & tunc ſal ſacerdotij inſatua-  
tum: attendebant magis multitudinē condemnantiū, quā  
qua cauſa cōdemnatus eſſet: ſpectabant quot cōdēnaſſent,  
non quales. Acciderat hoc ipſum in concilio Antiocheno,  
Athanaſio: ubi ſtatutus ab Arrianis etiā peſtilens ille canon,  
ut pro damnato habeatur, quem maior pars epiſcoporū cō-  
demnat. Qui quia non eſt orthodoxorum, utinam plerique  
non perſuaſus eſſet. Sunt enim qui credant concilia errare  
non poſſe: & quicquid illa qualitercūq; ſanciant, eccleſiaſti  
cum aſſerunt & ſacroſanctū. Ecce ſummos illos uiros Atha-  
naſium & Ioannē maior pars epiſcoporū nocētes dānauit.  
*Maiores partis condemnatione non ſemper attendenda.*  
*Antiochenū concilium errauit.*  
*Athanaſius cōdemnatus.*

Ex ſecunda epiſtola patet, quod Chryſoſtomus Rhoma-  
ni pontificis auxilium non fruſtra implorari: nam & gratias  
ob uigilantiā & ſtudiū agit, tametiſi is nihil tunc profecerit.

Innocentius  
quid rescripse-  
rit.

Occidentalium  
ab Orientali-  
bus schisma  
propter Chry-  
sostomum.

Nectarius.  
Arsatius.

Nectarius ab-  
rogauit confesi-  
onem.

Thermæ Con-  
stantinianæ.

Cucuse.  
Pityus.

Ioannitæ affli-  
guntur.

Narrant ecclesiasticæ historiæ, quod Innocentius scripserit clero Constantinopolitano, nō dandum successorē Ioanni, neq; alteri pontifici quā ei parendum: uolueritq; cogi generale conciliū. Deniq; condemnationem Ioannis ita agretulerunt Occidentales episcopi, ut tandiū à cōmunionē Orientalium abstinerent, quoad nomen Ioannis mortui, in albo episcoporum iterum conscriberetur.

In epistola ad Cyriacum habes, quod Ioannis sedem occupauerit Nectarius quidam, quē delirum uocat. Historiæ tradunt Arsatium Nectarij fratrem, Chrysostomi successorē. Præcesserat Ioannem in episcopatu alius quidā Nectarius, qui abrogauit confitendi consuetudinem apud Constantinopolitanos, ob stuprum in templo commissum.

Ex epistola ad episcopos inclusos habes, quāta tunc fuerit persecutio. Nam, ut ad Innocentiū recitat, populus pascha celebrauit in nemoribus & saltibus. Locū illum in quē concesserunt, historiæ uocant Thermas Constantinianas. Ioannes post duos menses relegatus est in Cucusum Armeniæ ciuitatem, ut est in epistola ad Cyriacum. Et deinde ad Pityuntē, ubi sunt fines Ponti, & Rhomani imperij, loca crudelibus barbaris uicina, teste etiam Suida. Orta est igitur factio magna, dictiq; sunt Ioannitæ, qui Ioanni fauebant. In quos primū sauij Optatus præfectus urbis paganus odio Christianorū: eo quod incendisse templum dicebatur, quo incendio & Senatorum curia, flante uento, arsit. Deinde & Arsatius, qui episcopatū occupauerat, illos accusauit apud imperatorem, quod sibi cōmunicare nollent, nec cōmunem cum eo orationē habere uellent: sed per secreta loca urbis celebrarēt sacra. Et effecit, quod imperator iussit milites, ut fustibus & lapidibus in conuentibus illos turbarēt: episcopos autem & nobiliores in carcerem conijcerent. Vnde & illos per

Innocentius  
quid rescripse-  
rit.

Occidentalium  
ab Orientali-  
bus schisma  
propter Chry-  
sostomum.

Nectarius.  
Arsatius.

Nectarius ab-  
rogauit confes-  
sionem.

Thermæ Con-  
stantinianæ.

Cucuse.  
Pityus.

Ioannitæ affli-  
guntur.

Narrant ecclesiasticæ historiæ, quod Innocentius scripserit clero Constantinopolitano, nō dandum successorē Ioanni, neq; alteri pontifici quā ei parendum: uolueritq; cogi generale conciliū. Deniq; condemnationem Ioannis ita ægretulerunt Occidentales episcopi, ut tandiū à cōmunionē Orientalium abstinere, quoad nomen Ioannis mortui, in albo episcoporum iterum conscriberetur.

In epistola ad Cyriacum habes, quod Ioannis sedem occupauerit Nectarius quidam, quē delirum uocat. Historiæ tradunt Arsatium Nectarij fratrem, Chrysostomi successorē. Præcesserat Ioannem in episcopatu alius quidā Nectarius, qui abrogauit confitendi consuetudinem apud Constantinopolitanos, ob stuprum in templo commissum.

Ex epistola ad episcopos inclusos habes, quāta tunc fuerit persecutio. Nam, ut ad Innocentiū recitat, populus pascha celebrauit in nemoribus & saltibus. Locū illum in quē concesserunt, historiæ uocant Thermas Constantinianas. Ioannes post duos menses relegatus est in Cucusum Armeniæ ciuitatem, ut est in epistola ad Cyriacum. Et deinde ad Pityuntem, ubi sunt fines Ponti, & Rhomani imperij, loca crudelibus barbaris uicina, teste etiam Suida. Orta est igitur factio magna, dictiq; sunt Ioannitæ, qui Ioanni fauebant. In quos primū sauij Optatus præfectus urbis paganus odio Christianorū: eo quod incendisse templum dicebatur, quo incendio & Senatorum curia, flante uento, arsit. Deinde & Arsacius, qui episcopatū occupauerat, illos accusauit apud imperatorem, quod sibi cōmunicare nollent, nec cōmunem cum eo orationē habere uellent: sed per secreta loca urbis celebraret sacra. Et effecit, quod imperator iussit milites, ut fustibus & lapidibus in conuentibus illos turbarēt: episcopos autem & nobiliores in carcerem conijcerent. Vnde & illos per

Confide  
erast  
dulsifi  
e sem  
m me  
oli def

DE CONVERSIONE PAVLI CHRYSO. HOMILIA, 301

per epistolam consolatur. Chrysostomus ad Cyriacum hæc Nectario adscribit, dicēs, quod afflikerit fratres & uirgines, non uolentes sibi communicare: quorum multi propter me in carcere mortui sunt. Ipse autem itinere fatigatus, dolore capitis nō ferens ex ardore solis, mortuus est in exilio. Hæc *Chrysostomus mors.* copiosius in historia ecclesiastica tripartita inuenies.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI HOMILIA DE FERENDIS REPREHENSIONIBVS, ET CONVERSIONE PAVLI, IO. OECOLAMPADIO INTERP.



Reprehenderunt nos amicorum quidam, quod productiora sermonum initia faciamus. Igitur siue iniuste illi taxent, siue iuste sententiā ferant, utpote de his, quæ à nobis audierunt, hic quasi in foro, in quo omnibus iudicare concessū est, nos hoc primū præfatiōe demonstrabimus: quod illis ob hanc reprehensionē, gratiā habemus. Reprehensiones enim nō ex malicia, sed cura proximi profiscuntur. Assueuerim, amare me amicum non solum quando laudat, sed & quando reprehendit & corrigit. Nam omnia laudare tā quæ bene se habent, quàm quæ malè, non fuerit amici, sed irrisoris: & nō diligentis, sed decipientis. Laudare, si quid fiat, ut debet: reprehendere autem, si peccatū fuerit, amici est, & curam agentis. Et ut discatis, quod sine delectu omnia laudare, & in omnibus beatum dicere, non sit

*Taxata pro  
œmia Chrysos  
tomi.*

*Gratiam habet  
reprehenden  
tibus.*

*Amicorum est  
reprehendere.*

atm in  
no neg  
ar dr  
demissu  
ab hme  
sua co